Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Modo autem quia non ex patris reuelatione et ex carnis infirmitate respondebat.
sathanas appellatur esse non sapis mihi quae dei sunt sed quae hominum. Et hic e
rat xpe frs. Nec illos ambulauerat ante oculos ipsorum quatriduanum mor
tuum suscitauerat ante oculos ipsorum fluctus calcauerat uentis imperauit.
ante oculos ipsorum tanta miracula fecerat. et tam trepidauerunt in passi
one ei. quasi amisissent eum de quo frustra presumpserant. Sed per diem erabunt.
et nemo in eis. Nemo prius nemo. nec ipse quod dixerat. teneo eum usque ad mor
tem Dixerat enim illis. Venit hora ut me relinquatis soli. et eat unusquisque
uia sua. Sed non soli. quia pater mecum est. Cum illo erat pater. et ipse cum patre.
et in illo pater. et ipse in patre. et ipse et pater unum. et illi timuerunt cum more
rentur. Quare nisi quia per diem erraverunt. et nemo fuit in eis. Per diem erabant.
et nemo in eis. Sed quod est per diem erabant. Humiliabant. et ubi est impe
fectum meum uiderunt oculi tui. et in libro tuo omnes scribentur. Ergo qui per di
em erraverunt. Cum hic positum dominum non intellexerunt. Et quid sequitur.
Michi autem valde honorificati sunt amici tui deus. Idem ipsi quia per diem erabant
et nemo fuit in eis. amici tui facti sunt. et valde mihi honorificati sunt. Factum est in
eis solum propter resurrectionem domini in abscondito. et per eum noctem passi sunt. in cui pas
sione trepidauerunt. Michi autem valde honorificati sunt amici tui deus. valde
confortati sunt principatus eorum. Facti apli. facti duces ecclie. facti arietes.
ducentes greges. Valde confortati sunt principatus eorum. Et numerabo
eos. et super harenam multiplicabuntur. Pullos quia per diem erraverunt et nemo
erat in eis. ecce nata est tanta multitudo. quia sicut harena numerari non po
test. nisi deus. Dixit enim super harenam multiplicabuntur. et cum dixit dinumerabo
eos. Iam ipsi numerati. super harenam multiplicabuntur. Si quippe harena
numerata est. cum numerati sunt capilli capitis mei. Dinumerabo eos. et
super harenam multiplicabuntur. Exsurrexi. et adhuc sum tecum. Sur
rexi. et adhuc tecum sum quod est. Iam passus sum mihi. iam sepultus sum. Ecce
surrexi. et adhuc me non intelligunt. Et adhuc tecum sum. id est non dum cum ip
sis. quia non dum agnoscunt. Sic enim legitur in euangelio. quia per resurrectionem domi
ni nostri ihu xpi. sibi apparentem non statim cognouerunt. Est et alius sensus. Ex
surrexi et adhuc sum tecum. ut hoc tempus significare uoluerit. quo adhuc
in occulto est. ad dexteram patris. ante quam reuelet in claritate quam habuit
est ad iudicandum de uiuis ac mortuis. Et dicit quod uniti per unum hoc
tempus dum iam resurrexit et adhuc cum patre est pacatus hic per commixtionem
peccatorum in corpore suo quod est ecclia. et per separationem hereticorum. Sequitur